



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

2. De origine Ecclesiasticorum beneficiorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

lo siue institutione canonica vitiosus ingressus ad beneficium accedat.

## C A P. II.

*De Origine & institutione Ecclesiasticorum beneficiorum.*

**I**N primitiua Ecclesia fideles prædia sua vendebant & precia eorum liberè Apostolis afferebant vt et inde Diaconorum manibus singulis distribuere, pro cuique opus erat. Postea vero prouisum fuit impedire, vt Ecclesia bona immobilia etiam possideret, ex quorum redditibus annuis ministrorum sustentationi perpetuò prouisum esset, iuxta morem veteris Testamenti Num. c. 35.

**2** Olim clerici in multis locis nihil proprij possidentes ex communibus Ecclesiarum redditibus alebantur, vnde Canonici id est Regulares dicti sunt, quia in communi viuentes ad certam viuendi normam adstringebantur, erantque collegia clericorum ædificata præfixo titulo V. C. Sanctæ Crucis. S. Stephani &c. Nec vllus in Clericorum numerum ac ordinem admittebatur, nisi sub titulo alicuius sacre ecclesie sustentationem haberet. Quod adhuc hodie obseruatur, vt nemo ad maiores ordines sine titulo sustentationis admittatur, alioquin Episcopus de suo interim prouidere debebit, donec aliquem beneficij titulum consequatur.

Quod si clericus ex patrimonialibus sufficientem sustentationem habeat potest etiam sine vlllo alio titulo ordinari.

Quadrupartita est Ecclesiasticorum proventuum diuisio, prima pro mensa Episcopi; altera pro fabrica, terti-

sa, tertia pro pauperibus & peregrinis quarta mensæ capitulari relicta, ut ea inter Canonicos & Clericos pro singulorum meritis distribuatur. Itaque hæc est origo Ecclesiasticorum beneficiorum ius, inquam, tributum Episcopo, alijsque clericis propter officium & obligationem suam percipiendi certam portionem reddituum ex Ecclesiæ prædijs &c. Unde certum est ipsorum prædiorum siue immobilium bonorum dominium non ad beneficiatos transire sed manere penes Ecclesiam.

## C A P. III.

*Utrum beneficiati sint veri Domini Ecclesiasticorum reddituum.*

Bona Clericorum alia sunt patrimonialia (quæ ipsi ex hæreditate, arte, donatione obveniunt de quibus ut veri Domini possunt disponere) alia sunt bona quasi patrimonialia (quæ à fidelibus offeruntur Ministris tanquam stipendium laboris obmissas, Sacramentorum administrationem, funerals, nihil obstante, quod Clericus alios redditus habeat & hæc æquiparantur patrimonialibus. Nam ministri Ecclesiastici cum stipendium accipiant, non debent esse deterioris conditionis, quam alij officiales ut Iudex Tabelliones, *Dignus enim est operarius mercede sua* Luc. 10. At ministri seculares habent dominium stipendiorum suorum; Ergo) Alia bona sunt Ecclesiastica (quia secundum originem suam ad Ecclesiam pertinent, sed ab Ecclesia postea Clericis peculiari-ter deputatæ sunt, tanquam beneficium ob spirituale ab eis præstitum officium atq; de his est quæstio.

Bona siue redditus Ecclesiastici quatenus benefi-

Xx 2 ciatis